

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 11 : De Borea](#)

Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 11 : De Borea

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 11 : De Borea](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 12 : De la Bize, ou de Boree](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 11 : De la Bize, ou Boree](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 251v°-252v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Borée](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière

modification le 28/04/2023

- non mulcent dulcia verba
 Syluestres animos, nullasq; admittitur illis
 Orator; laxa furisq; vagantur habenis.
 Ut grauis Aeolio cum ventus proflit antro
 Totus in arua furens, & sylvas sternit opacas,
 Flaminibus rapidis immensus in urmurat æther.
 Tum neq; veliuola puppes, neq; nubila cœli
 Contra stare valent, conuoluens omnia secum
 Viribus Hippotadæ nullis frenator: & illum
 Non tenet imperium Regis: nil audit, ac vnus
 Est cordi fragor, & strages, & murmur, & iræ.
- 10 Aeolum igitur Regem, sine rationem oportet his motibus animorum imperare: siquidem qui iræ non imperauerit, ille iræ, non sine penitentia potest, seruiat necesse est. Deinde ista ficta fuerunt illa etiam de causa ab antiquis, quia demonstrare volebant nihil sine diuina prouidentia contingere, cum ventis et rerum fluxum leuissimi & maxime inconstantes suum habeant moderatorem. Alii putarunt per hæc incitatos fuisse nauigantes ad percipiendam naturam ventorum & tempestatum, cum possent omnes multo ante hæc significare & intelligere, quorum signa nonnulla præuia sint tempestatum, qualia sunt ea, quæ scriptis Aræti & Theophrastus de signis aquarum & ventorum. At nunc de Borea dicamus.
- 20

De Borea,

Cap. XI.

- Boreas autem e quibus parentibus ortus sit, fabularum inuectores, non tradiderunt, quod ego legerim, nisi quod in Thracia habuerit domicilium. Fabulati sunt antiqui Orithyiam Erechibi Athenarum Regis
 30 filiam virginem fuisse forma præstantissimam, quam cum Boreas colligentem flores iuxta fontem Cephissæ vidisset, eius amore incensus illam rapuit, & in Thraciam deportauit, veluti scriptum fuit a Chérilo. Alii dixerunt apud Illisum celeberrimum Atticæ fluiuium raptam fuisse ludentem cum cæteris virginibus, ut ait in Atticis Paus. quod etiam testatur Dionysius in situ orbis;
- 40 Nihil stupens loquatur, ut sit uolens, & cetera. Nihil stupens loquatur, ut sit uolens, & cetera.
- Cecropis est tellus supra Isthmum solis ad ortum,
 Illisus per quam diuino sumine fertur,
 Vnde tulit Boreas raptam grauis Orithyiam.
- Scriptis Ouid. lib. 6. Metam. Orithyiam fuisse in regionem Ciconum deportatam, & ibi celebratas nuptias Boreæ, & geminos peperisse filios, ut est in his;
- Nec prius ærii cursus suppressit habenas:
 Quam Ciconum tenuit populos & moenia raptor.
 Illic & gelidi coniux Actæa tyranni,
 Et genitrix facta est partus enixa gemellos.
- Simonides tamen poeta non ab Illiso, sed a Briliso raptam fuisse Orithyiam putauit.

putauit, & ad petram Sarpedoniam Thraciz deportatam, non procul ab Armo monte. Memoriz prodidit Herodocus in Polymnia, iussus fuisse Athenienses ab oraculo, cum Xerxes ad deuallandam Græciam cum innumeraibili prope classe traiceret, generum Boream in auxilium vocare, qui vehemens in classem Persarum irruit, ac multa nauigia submersit, quare debilitate fuerunt vires hostium. Cum vero in Thraciam Orithyiam abstulisset, ibiq; habitaret, Thracius Boreas vocatus est ab Eurip. in Cyclope;

Ενας δε βορίας χιτων θρηικτε χρις

*Αρρωτε θρηικτε σκαρα περιβαλουσ υμιν **

Boreas ubi niuesq; fundit Thracius,

Corpus meum tego ferarum pellibus.

Hunc in antro habitare solitum scripsit Callimachus in lauacrum Deliz;

*Ημιντε υφελεισ κορυφεισ θ θρηικτεσ αιμιν **

*Θρηικτε θρηικτεσ θρηικτεσ σκαυ λυμιν **

Threicii residens sublimi vertice in Aemi,

Mars seruabat equos, atq; arma nitentia: equiq;

Hic stabulabantur Boreæ frigentis ad antrum.

Boreæ filias fuisse scribit Callimachus in eodem hymno Vpim, & Loxo, & Ecaergen;

*Αρρωτεσ τριδ' αιμινσ θρηικτεσ θρηικτεσ **

*Αρρωτεσ, λαδωτεσ, υμινσ θρηικτεσ **

*Θρηικτεσ θρηικτεσ, υμινσ θρηικτεσ **

Namq; Arimalporum primæ e regione tulerunt

Vpisiq; , Loxoq; , Ecaerge annos a rigenti

De Boreâ natæ. præstans & robore pubes

Inde mares.

Fabulatur Chionen præterea & Zetem & Calaim natos fuisse ex Orithya;

qui vnâ cum cæteris Argonautis in Colchos nauigarunt, de quibus ita meminit Apollon. lib. I.

*Ζετεις αδελφεισ βορεινσ υμιν υμιν **

*Αρρωτεσ θρηικτεσ βορεινσ υμιν **

*Αρρωτεσ θρηικτεσ βορεινσ υμιν **

*Αρρωτεσ θρηικτεσ βορεινσ υμιν **

Zetes & Calais boreæ de semine nati

Rursus, Erechthei peperit quos Orithyia

Veloci Boreæ: rapuit quam Cæcrops agro

Ducentem choreas Illisi ad fluminis vndam.

Hanc Sarpedoniam ad petram tulit inde vocatam,

Quâ fluit Eginus vitrea perlucidus vnda.

Susepit Boreas præterea ex Orithyia Cleopatram, quæ postea Phineo nupta Cramben & Oythum illi peperit; vel, vt alii maluerunt Thyrum & Mariandinum, quam Arpalicem ac non Cleopatram vocarunt. Hos scripsit Phanodiceus Boreæ filios ad Argonautas ex Hyperboreis adiisse, ac Herodotus

10

20

30

40

tus

rus e Daulide. Aiunt præterea celerrimos fuisse omnium Boreadas, facultatemque habuisse volandi, ut testatur Theognis in his;

ἄριστον δὲ πρὸς ἄλλοις ἄριστον ἄριστον ἀριστεύει,

ἄριστον δὲ πρὸς ἄλλοις ἄριστον ἄριστον ἀριστεύει.
Si magis Harpyis sis velox: vincere possis

Et quos Borea, haud pes quibus vrillat.

Cum venissent igitur cum ceteris principibus Colchicæ expeditionis ad Phineû, Harpyias à mensa Phinei profugarunt, à quibus Plotæ insulæ Strophades vocatæ sunt. Hi postea cæsi fuerunt ab Hercule in partitione munerum, ac non à generis Leucippi. Neque plura de Borea memorantur ab antiquis. Scripsit Hesagoras in rebus gestis Megarensum Boream, qui Orithyiam rapuit, non ventum, sed iuuenem fuisse Strymonis filium ita vocatû; qui cum illam in matrimonium à parentibus impetrare non posset, ad raptinam se accinxit, raptamque in Thraciam deportavit. Quâvis alii non à Borea; sed à populis Thraciæ Boreæ nomine raptam fuisse putarunt, ut ait Ovi. in Epist. Paridis;

Ἄριστον δὲ πρὸς ἄλλοις ἄριστον ἄριστον ἀριστεύει,
Nomine ceperunt Aquilonis Erechthida Thraces,
Tuta tamen bello Bistonis ora fuit.

20 Alii deiectam fuisse Orithyiam e præcipiti loco in Ilium fluvium existimarunt, quæ cum nullibi post inuenta sit, locum dedit tabulæ, quod eam amatam Boreas in Thraciam asportasset. Quod Harpyias à mensa senis Phinei expulerint, crediderunt nonnulli Harpyiam & Erasmiam filias fuisse eius senis, quæ cum parum honestam vivendi rationem complecterentur paternas facultates immodice exinanirent, domumque paternam turpiter exhaurirent. Has ambas cum filii Boreæ secum adduxissent, putati sunt Phineum egestate fameque liberasse. Quid contineatur sub hac fabula, præter historiam, non reperio. Atque locum aliquem doctioribus etiam relinquo. At nunc de Scylla dicamus.

30 *Ὀὐκ ἔστιν ἄλλοις ἄριστον ἄριστον ἀριστεύει,*

De Scylla & Charybdi, Cap. XII.

Scylla & Charybdis, monstra infesta navigantibus maxime timenda, existimantur sunt; quæ feminae quondam dicuntur fuisse. Fuit igitur Scylla Phorcynis & Hecates filia, ut sensit Acusilaus. Ut verò Homerus Cræxis fuit eius mater, quæ tamen eadem est ut Apollon. Acusilaum fortasse secutus scripsit lib. 4.

40 *ἢ παρὰ Σκύλλης Ἐχέτης καὶ Ἰφιδάμης γένετα,*
Σκύλλης ἀπὸ Φορκύου, ἢ τῆς Φορκύου,
Νυκτερινῆς δὲ τῆς Ἐχέτης καὶ τῆς Ἰφιδάμης.

Horrendum aut anctum Scyllæ concedere iuxta,
Aufoniæ Scyllæ Phosci de semine natæ,
Noctiuagrorum Hecates; quæ dicitur vna Cræteis.

Chariclides vero in Cathena Phorbantæ & Hecates filiam fuisse tradidit, Sæschorus Lamie. Timæus lib. xxi. historiarum non e Phorcyne, sed e Typhone natam fuisse asserit, alii e fluvio Cræti. Fuerunt qui dixerint Scyllam fuisse olim filiam Nisi Regis Megarensum, quæ capta amore Minois patris purpureum capillum, quo incolumi ille mori non poterat, ut respondit oraculum,